

Secunda, affirmat de mentali, negat de aliis, ita Mas. hic d. de ora. q. 2. Addit Ruv. q. 2. quod licet mentalis quoad a sum intellectus sit ens reale, tamen si spectetur ut substat ordinationi in ratione (subiecti) & predicati, in qua ratio enunciationis consistit, est ens rationis, ab illa opin. parum distat Amic. tract. 2. disp. 2. q. 2. dub. 2. est; con-

3 Facilis tamen est solutio huius quæst. Nam enunciação vocalis, & scripta formaliter accepta non sunt entia realia, sed entia rationis materialia, quia si solum dicunt relationem signi, non naturaliter significantes, sed ad placitum, quæ relatio est mens denominatio extrinseca ab humana voluntate proveniens ex dictis disp. 2. q. 2. denominatio verò extrinseca, quamvis realis dicitur, non recte tamen dicitur ens reale, ut vult Blanc. hic d. ens rationis materiale, & fundamentale ex dictis disp. 3. quæst. 2. art. 1. Deinde oratio mentalis est duplex, alia formalis, alia obiectiva, formalis est actus ipsius intellectus, quo unum de altero affirmat, vel negat, & consequenter est ens reale, nam actus realiter ab intellectu producitur, naturaliter representans obiectum, & fundans relationem veritatis, aut falsitatis ex dicendis sequitur. Oratio obiectiva adhuc dupliciter sumi potest, vel in esse exercitio, & sic dicit obiecta cognita ab intellectu, & ad invicem unita per affirmationem, aut ab invicem distincta per negationem, & quoniam hæc obiecta possunt esse, vel realia, vel rationis, undè propositiones, tam sunt in entibus realibus, quam rationis, idcirco oratio mentalis obiectiva, erit, vel ens reale, vel ratio, quæ exercitio cognitum ab intellectu, quæ passiva cognitio erit quædam extrinseca denominatio ab actu intellectus proveniens. Vel oratio mentalis obiectiva sumitur in esse signato, quo sensu erit secundum intentionem enunciationis, cuius definitionem explicuimus i. p. Inlt. tract. 2. c. 3. Ratio est, quia ut sic dicit ordinationem terminorum ad invicem in ratione subiecti, copulæ, & predicati, quod est comparatio obiecta in aliquo attributo rationis exprimentem rem extrinsecam suam ordinem.

4 Rationes in contrarium sunt illarum, quibus prob. significacionem vocum, & denominationes extrinsecas universaliter esse entia realia, vel entia rationis formalia, quæ locis cit. sunt solutæ.

Ceterum sicut hæc DD. disputantur enunciação mentalis formalis sit simplex qualitas, an vero ex pluribus adibus composita, item an intellectus eodem modo ad apprehendat propositiones, & assentiat, an vero diversus sit actus iudicatus ab apprehensio propositionis, & alia huiusmodi, quæ spectant ad exactam cognitionem secundæ operationis intellectus, at tamen est res potius animalia, ideoque ad lib. de Anim. reducimus, solum hic de veritate, & falsitate cognitionis agemus, nam licet ad animalios etiam pertineat, maximam tamen habent a similitudinem cum rebus Logicis, nam Logica dicitur ficticia differentiæ veri à falso, & nunciatio definitur, quod sit oratio verum, vel falsum significans, præsertim igitur naturam veritatis, & falsitatis hic investigare.

QUÆSTIO II

De unitate, & falsitate.

Veritas est triplex, prima dicitur veritas in essendo, & transcendentalis, quia est passio entis, & omnibus rebus convenit, etiam cognitioni falsæ, nam & ipsa est ens reale, de qua veritate agit Metaphysicus secundus, dicitur in significando, & convenit proprie vocibus, & signis, de qua satis diximus disp. 2. & in Inlt. præcipue i. p. tract. 2. c. 3. ubi declaravimus, quo pacto propositio vocalis dici possit vera, aut falsa; tertia, dicitur in representando, seu in cognoscendo, & convenit conceptui intellectus, quando verè exprimit, & representat rem sicuti est, & de illa loquimur hic, & præcipue de veritate, quæ in secunda intellectus operatione reperitur, & licet sit dubium, an veritas reperitur in prima operatione, imò in adibus sensitivis, an vero solum in actu iudicativo intellectus; negari tamen nequit, quin speciali modo huic actui conveniat, quamvis in cæteris etiam admittatur (de quo in lib. de An.) nam iudicium est, cui tamquam principaliori analogato tribuitur veritas, aut falsitas, sicut in vocibus principalibus dicitur veritas convenire propositio vocali, quam voci incomplexæ, qua ratione Arist. i. de interp. c. 1. & 3. 9. Met. c. ult. 3. de An. c. 6. videtur veritatem, & falsitatem tantum secundæ operationis tribuere, & hæc veritas dicit conformitatem conceptus representantis ad obiectum in se, ut dicemus art. 3. sicut falsitas negationem talis conformitatis, & disformitatem ad obiectum.

ARTICULUS I

An veritas sit in conceptu formalis, vel obiectivo.

Qualibet intellectione tria præcipue, ut ad præsens spectat, interveniunt ad intellectum ipsa, quæ dicitur conceptus formalis, est obiectum cognitum, ut cognitum, & terminus intellectionem, & dicitur conceptus obiectivus; & a. est obiectum in se consideratum: veritas nequit consistere in conformitate conceptus formalis ad obiectivum, ut communitur conceptus, quia ab eo, quod res est, vel non est, ratio dicitur vera, vel falsa ex cap. de subst. rem quia nulla cognitio esset falsa, nam quælibet ita representat rem, sicut res præsentatur in conceptu obiectivo, & per consequens quælibet talem habet conformitatem: tum quia esset conformitas ejuodem ad seipsum: nam esse obiectivum realiter est ipsemet co-

gnitionis actus constituit rem in esse obiectivo. Cùm igitur conformitas ipsa sumi debeat in ordine ad rem in se, sequitur terminus istius conformitatis, ut art. 3. dicemus, quærimus de subiecto, quod sit conceptus formalis, vel obiectivus.

Durand. i. d. 19. q. 3. Hervæus quol 3. q. 2. art. 2. & 3. Vaf. i. p. disp. 76. Blanc. disp. i. de Enunc. sect. 4. & ex nostris Vulp. i. p. tom. 2. disp. 32. art. 4. Bonet. 5. Met. ca. 2. insunt veritates fundari in conceptu obiectivo ad rem in se. Ex altera parte Suarez. disp. 8. Met. sect. 1. Cajan. Cajet. i. p. q. 16. art. 2. Ferrar. i. cont. gent. cap. 59. & 60. & alios aliter convenire conceptus formalis, quæ opinio est etiam Mol. i. p. q. 16. d. disput. 1. Font. Met. c. 2. q. 6. sect. 7. & 8. Combr. i. de interp. cap. 1. q. 5. art. 1. Moril. disput. 10. Log. qu. 8. Amic. tract. 2. disp. 1. qu. 2. dub. 1. Hurt. disp. 9. de Anim. sect. 1. & ut veram supponit Arriaga disput. 14. Log. per totam sect. 1. ex nostris tibus illam amplectuntur P. Faber de penit. disp. 9. num. 23. Cavellus de An. disp. 3. sect. 6. Tat. 3. perihem. 1. dub. 2. Ant. And. ibid. q. 3. & 6. Met. q. 6. Smifich. tract. 6. de Deo uno disp. 1. num. 29. & ipse Vulp. art. 10. eam videtur docere. Adit Averfa secundario saltem, & minus principaliter convenire etiam conceptui obiectivo, quæ quæ 3. Log. sect. 4. idem ferè alserit Meurise lib. 2. Met. c. 3. q. 2. concl. 3. imò nullum poni i. scribim inter hæc opiniones, nisi in modo loquendi, quod Faber citatim docet.

7 Dicemus veritatem propriè, & formaliter ac denominatione intrinseca esse in conceptu formalis, in obiectivo vero solum dependentem a formalis, & intrinseca denominatione. Prima pars est expressè Scot. Met. 9. 3. in fine, & in 1. d. 3. q. 3. C. ubi habet hæc verba: Quod potentia cognoscens assimilatur cognitio, verum est per alium suam cognoscendi, qui est qualitas obiecti similitudo, quod explicat exemplo veris, nam as a similitudine Cæleri per figuram inducuntur, in qua consistit ratio imaginis, & quæ 7. 9. ad quædam respondet, probat obiectum activè concurrere ad intellectionem, quia est ipsius similitudo, quod etiam asserit q. 8. ad 2. & quol. 3. D. docet ad modum dicere ad obiectum relationem mensurabilis ad mensuram, & dependere tali dependentia, qualis est visus, quod est similitudo per mutationem, vel participationem ad illud, cuius est similitudo, sed veritas, quæ loquimur, est similitudo, seu conformitas ad obiectum, ergo obiectum veritatis de mente D. est formalis conceptus: quol. 18. 5. ait, quod eadem veritas formaliter est ipsius intellectionis, a qua derivatur in obiectum, ut est in intellectu: ex illa doctrina elicitur probatio conclus. nam conceptus formalis est species, & imago expressa obiecti, sicut species impressa dicitur imago virtualis obiecti, dependet ab obiecto in ratione mensuræ ipsam representat, ergo fundat formaliter conformitatem ad obiectum, & veritatem. Tum quia sicut se habet oratio vocalis ad res ipsam significans, ita conceptus formalis ad obiectum, nam sicut oratio est signum ad placitum significans res, ex dictis disp. 2. q. 1. ita conceptus est signum naturaliter representans, sed veritas orationis non consistit in conformitate rei, ut significat per orationem ad seipsam, ut in se, sed in conformitate ipsius orationis ad rem in se, ergo idem de veritate conceptus formalis dicendum; min. malè negatur a Vulpes; nam præterquam quod asseritur ab Arist. in prædicam. c. de subst. Ex eo, quod res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa, probatur adhuc, quæ ratione signi est in se fundare relationem signi ad signatum, ut ipsemet conce dit art. 1. num. 7. cum Scot. 4. d. 1. quæ 2. D. sed oratio vocalis est signum rei, & si est vera, dicitur signum verum, & conforme, ergo & c. Tum quia quod denominatur vera, non res cognita, et ergo veritas est in cognitione.

Nec valet, quod ait Blanc. veritatem esse in obiecto cognitio, ut in subiecto in hæcognitione, in cognitione, ut in subiecto denominationis, sicut visio est in oculo, & denominat parietem visum. Non valet, quia potius res è contra se habet, quod scilicet res cognita dicitur conformis a conformitate cognitionis, nam ut notat Averfa, sicut hæc causalis est vera, ideo res cognita representatur, quia cognitio ipsam representat, & esse representat in se dependet a representatione activa cognitionis, ita ipsa alia est vera, ideo res cognita representatur conformiter, & verè, quia cognitio illam verè, & conformiter representat, ergo potius denominatio veritatis in cognitione est intrinseca a veritate in ipsa existente, quam extrinseca a veritate existente in re cognita. Confirmat pari, quia actus voluntatis non dicitur bonus formaliter bonitate obiecti voliti, sed propria bonitate, neque dicitur liber formaliter libertate ad potentiam inferioris, & subordinatæ, quia hæc est libertas dependens, & participata, illa independens, ergo neque cognitio erit vera formaliter veritate conceptus obiectivi, quæ est dependens a cognitione. Tandem creaturæ in mente divina habent esse obiectivum verum, & tamen divina veritas est in cognitione Dei, non in creaturis cognitis, ergo idem de cognitione creata, & eius obiectivo dicendum.

8 Secunda pars colligitur ex Scot. quol. 18. 5. & ex 1. d. 43. in fine, ubi ait: quod veritas intellectus non dependet, nisi à ipso obiecto, quod obiectivum, si ita se habet, sicut intelligitur, veritas est intellectus, & alius in locis a Vulpes citatis, & satis liquet ex dictis, quia conceptus obiectivus dicitur conformis rei in se, dependenter tamen a conceptu formalis, qui non recte representaret rem, neque recte res in conceptu obiectivo representaretur; ergo in isto crita aliqua veritas secundaria, in illo primaria; hæc spectat axiomata Aristotelicum. Propter quod unumquodque tale, & illud magis.

Sed contra arg. quod veritas sit in re, & primario. Tum quia quod est tale representatur, representatum dicitur formaliter taleat imago dicitur sima representativa, ergo homo representatus non possunt

maliter simus, sed cognitio dicitur vera representativa, quatenus representat verum ens, & quia ens veritas est veritas in representando, ergo res representata erit formaliter vera. Tum 2. quia ex quo, quod res est, vel non est oratio dicitur vera, vel falsa, id est ex eo, quod res est in intellectu conformis sibi, ut in se existit, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa, ergo veritas conceptus obiectivi est ratio veritatis cognitiois. Tum 3. concepta conformitate rei cognitioe sibi ipsi in re existente concipitur intellectus verus, ergo veritas in tali cognitione consistit, patet conseq. per locum ab effectu formalis ad causam formalem. Antec. prob. quia tunc nequit concipi intellectus falsum, ergo concipitur intellectus verus. Tum 4. oratio vocalis est signum rei veræ, sed oratio est conformis in representatione, ergo, & c. Tum 5. veritas est intellectus præsentatus, sed hæc in hoc consistit ratio conceptus obiectivi, ergo in tali conceptu fundatur veritas. Tum 6. si ex eo, quod cognitioe præsentati, dicitur formaliter vera, ergo species intelligibilis, & sententia, quæ representant rem, sicuti est, essent formaliter veræ; quod est falsum, alter veritas non esset passio secundæ operationis, & propositionis. Tandem uria, quia est signum sanitatis animalis, dicitur sana sanitate animalis, non propria, quia cognitioe est signum veritatis rei, non habet in se veritatem.

9 Respondeo, assumptum valere de prædicatis ab ipsa representatione diversis, ut patet in exemplo adducto de simitate, non verò de ipsa representatione, non enim sequitur, imago est representativa Cæleri, ergo Cælar est representativus formaliter, modo veritas cognitiois est ipsa representatio conformis rei, & idem est dicitur cognitioe dicitur vera representativa, ac cognitioe verè representat, etque confusio intrinseca, quæ præter se sit in obiecto, sed representatione in ipsa formaliter existente; idem de cognitione dicendum. Ad 1. non rectè explicatur autoritas illa à Blanc. sensus enim est, quod oratio est vera, si conformis est rei in se existenti, falsa, si non est conformis, Ad 3. distig. antec. concipitur intellectus verus primario proprie talem conformitatem, negatur, quia dicitur verus primario a conformitate conceptus formalis, sicut per talem conceptum dicitur primario rem exprimere; secundario, & consequenter quatenus ad conformitatem conceptus formalis consequitur conformitas conceptus obiectivi, & concedimus. Ad 4. oratio est signum rei veræ veritate in essendo, non representando, de qua loquimur; neque oratio est signum rei conceptus rei in se, ut disput. 2. q. 1. Ad 5. vera est minor de conformitate conceptus obiectivi, etiam est primaria, ideo enim res præsentatur intellectu, sicuti est, quia cognitioe sic illam representat, & exprimit, quæ representatio est primaria veritas. Ad 6. patet ex dictis ignitio qui, quomodo veritas alius eadem commeterere possit, & arguit, etiam si formetur conceptus conceptum obiectivum. Ad 7. paritas consistit in hoc, quod licet una sit in essendo extrinseca, denominatur sana a sanitate animalis, quæ dicitur sanitas in essendo ista cognitio extrinseca dicitur verà a veritate rei in essendo, quæ est ratio, & causa veritatis cognitionis, cum hoc tamen sit quod formaliter, & intrinseca dicitur vera propria veritate in representando, de qua loquimur, quo sensu etiam unita (licet sic dicere) possit dici intrinseca, & formaliter sana sanitate in representando; imò argumentum urget contra conceptum obiectivum, qui verus dicitur, quatenus ordinem dicit ad veritatem rei in essendo. Alias rationes adducit Vulpes ex quibusdam locis Dodorisi desumptas, sed tantum probant in conceptu obiectivo reperiri aliquam conformitatem, quod concedimus, non tamen ostendunt primatatem conformitatis.

ARTICULUS II

An enunciação possit de vera mutari in falsam, & contra.

Propositio difficultas præcipue de Enunciatione mentali, & cognitione complexa, quia Enunciação est triplex, necessaria, impossibilis, & contingens, ipsa, vel est de præterito, vel de præsentem, vel de futuro, propositio de præsentem alia est, quæ determinatam, & certam partem temporis significat, ut Petrus per totam horam studet, alia, quæ indeterminatam, & confusam temporis partem significat, ut Petrus studet, cognitio etiam est duplex ex Scot. quol. 13. art. 2. alia intuitiva, quæ causaliter ab obiecto existente, ut existens est, alia abstractiva, quæ abstractiva ab existentia obiecti, & de his omnibus loqui debemus, & sensus quæ sit est, nam veritas distinguitur ab his propositionibus, & ab his ut eadem numero enunciação de vera in falsam possit successivè mutari, vel falsitas in postquam vera est, & mutari necesse fuisse hoc modo in falsam, potuerit eadem propositio numero ab initio esse vera, vel falsa: de propositione vocaliam diximus in r. p. Inlt. tract. 2. cap. 3.

Et ut certa ab incertis separamus enunciationes, necessariae sunt adeo veræ, & impossibiles sunt adeo falsæ ex sui naturæ, aut veræ neque mutari in falsam, vel è contra, idem dicitur de adibus circa illas, ratio est, quia necessaria veritas in ipsis provenit ex ipsa necessitate, & immutabilitate obiecti, quod non potest aliter se habere, quia essentia rerum sunt invariabiles, & ideo propositiones de prædicatis prædicantibus ad essentiam rei in primo, vel secundo modo, nequeant non conformari obiecto; & è contra propositiones in materia impossibilibi propter repugnantiam terminorum non possunt

conformari obiecto. Hac de causa dicuntur æternæ veritatis, vel falsitatis, quatenus si fulsissent etiam ab æterno prolatæ, semper fulsissent veræ, aut falsæ, undè copula dicitur absolvi ab omni temporis differentia, ut docuimus in r. p. Inlt. tr. 1. c. 11. 12. Rursus, actus intuitivus quo videtur Petrus currere, non potest successivè mutari de vero in falsum, quia Petrus Petri existens se habet ad actum intellectus vel obiectum formale, & motivum, iudicat enim intellectus Petrum currere, quia ita experitur esse à parte rei, & non movetur ab aliqua conjectura diversâ, ut facit in actu abstractivo, & ideo celsante curia à parte rei, celsat etiam actus intuitivus, qui dependet ab eo. Similiter propositiones contingentes de præsentem significantes certam temporis differentiam sunt adeo veræ, ut non possint successivè in falsam mutari, quia si in uno instanti illius horæ Petrus, v.g. non fluderet, propositio, Petrus studet per totam horam, est absolute falsa, nam se habet ut politio copulativa copulans omnes partes illius horæ cum studio Petri, ad falsitatem verò copulativæ sufficit, ut una pars sit falsa. Remanet igitur difficultas de propositione contingenti de præsentem consulam temporis partem significante, an possit successivè de vera fieri falsa, & de propositione contingenti de præsentem significante certam partem temporis, ac propositione contingenti de præterito ab initio an potuerit esse veræ, vel falsæ; & de propositione de futuro dicemus infra.

Negat Hurtad. disp. 9. de Anim. sect. 3. & 4. Ovid. controv. 7. de Anim. pund. 2. Smifich. de Deo Uno tract. 3. disp. 1. nu. 32. non solum propositionem contingentem successivè fieri posse de vera falsam, sed etiam posse ab initio fieri falsam; quæ modo est vera, aut è contra, undè asserunt hanc propositionem v. g. Petrus currit, ita essentialiter representare se sui naturæ cursum Petri, ut si Petrus non curreret, & ab intellectu pro e reponeretur illa propositio, (quæ propter non existentiam cursum Petri esset falsa) non esse, inquit, eandem, sed diversam ab illa. Averfa tamen quæ 2. Log. sect. 7. & Arriaga, disp. 14. Log. sect. 1. & admittunt propositionem contingentem ab initio posse esse veram, aut falsam, negant verò posse de vera in falsam; aut è contra successivè mutari, quod sequitur Poncius hic.

12 Dicimus tamen propositionem contingentem de præsentem, & de præterito eandem numero ab initio potuisse fieri veram, aut falsam, at illam de præsentem indeterminatam partem temporis significantem etiam successivè posse de vera in falsam, aut è contra mutari. Conclusio aperit docetur à Doctore 4. d. 3. quæ 2. V. dicente veritatem esse propositioni accidentalem, ut possit adesse, & abesse, esseque communis tum apud veteres, tum apud recentiores, ut Suarez disp. 8. Met. sect. 2. Ruv. i. p. Perihem. c. 4. q. 5. & præbilibiorem putat Amic. tract. 2. disp. 4. q. 1. dub. 2. & universaliter quicumque veritatem realiter a propositione distinguunt, uno excepto Cavello, disput. 3. de An. sect. 8. qui ut veriorum excellentiam distinguunt formalem inter cognitionem, & veritatem, admittit adhuc respondendo, arg. posse ad eam mutationem obiecti veritatem amittere, & in falsam mutari.

Prima pars conclus. quod potuerit propositio contingens ab initio esse vera, aut falsa, probatur, quia inter propositiones contingentes, nulla est, quæ majorem necessitatem habeat, quam præterita, quia absolute nequit fieri, ut præteritum non fuerit, & tamen adhuc contingens dicitur, ergo propositio tam de præterito, quam de præsentem contingens ab initio fuit indifferens ad veritatem, & falsitatem. Prob. conseq. hæc est differentia inter propositionem necessariam, & contingentem quod illa est ita vera ex sua natura, ut nullatenus fieri possit falsa, & è contra: hæc vero indifferens sit ad veritatem, & falsitatem quod manifestat hoc nomen contingens.

Resp. propositionem dici contingentem, non quia ipsa in se posse esse vera, vel falsa, sed quia significatur prædicati contingenter convenit subiecto, unde tota contingentia se tenet ex parte obiecti non propositionis, & sic insunt, propositionem dici contingentem, non quia eadem possit falsificari, sed quia alia de eisdem terminis potest esse falsa. Contra non tantum ratione materie propositiones necessaria, & contingens dicuntur differre, sed seipsas intrinseca, & formaliter, nam propositio necessaria dicitur scientifica, quia sempiternæ veritatis, quatenus inter extrema ipsius nequit cadere falsitas, sed si hæc propositio Petrus currit, cursu Petri existente sit ita vera, ut non potuerit esse falsam in se considerata, esset seipseternæ veritatis, & per consequens necessaria, & scientifica; quod autem alia falsa reperiri potuerit, puta si Petrus non curriset, de peccatis esse illi, si intrinseca, & formaliter ita sit vera, ut absolute non potuerit esse falsa; imò Arist. 9. Met. 22. ex necessitate, vel contingentia rerum insert necessitatem, vel contingentiam veritatis propositionis.

13 Deinde in sent. Hurt. de cursu Petri duæ propositiones affirmativæ formari possunt essentialiter distinctæ una vera, altera falsa, si Petrus verò currit intellectus elicite cognitionem veram dicendo Petrus currit, si non currit, & intellectus diceret Petrus currit, hæc cognitio, seu mentalis propositio erit falsa, & essentialiter distincta prima, nam prima est essentialiter vera, secunda est essentialiter falsa. Ex qua doctrina sequeretur, ut plurimum ad eum falsum causalari, & a nullo causalari, quod implicat, nam cum sit creatum, debet esse ens productum ab aliqua causa, & tamen in sent. Hurtad. nulla posset assignari causa producens. Prob. illa sequela, deur aliquis intellectus, qui ex coniecturis, & motibus moveatur ad iudicandum Petrum currere, cum revera sit falsum, quia

Petrus debet non currit; talis actus falsus necessario pro causa respicere debet, vel intellectum, vel obiectum, vel Deum, aliud nequit assignari; intellectus non est causa, quia ex se intendit actum verum specie distinctum secundum Hurrad. producere, estque determinatus; & applicatus tamen voluntate imperante, quam a coniecturis moventibus ad actum verum, ergo nequit exire in productionem hanc, & nunc actus falsi; nec obiectum potest dici causa, tum quia non producit aliquid in actu sine intellectu concursu; tum quia hoc obiectum esset cursus in coniecturis representatus, quo pacto dicitur potius conformitatem cum actu, quam in diffinita-tem, ergo ut sic potius est causatus veritatis quam falsitatis; & tandem quia nulla res producit dissimilitudinem sui ipsius, ut est falsitas. Neque hic actus erit a Deo, qui non determinat ad peccatum, vel errorem, ut docent Theologi; ergo potius dicendum eundem actum esse esse, quo a firmatur cursum de Petro, si ita se habeat a parte rei, sive non, nam sic causa illius erit intellectus motus coniecturis ad affirmandum cursum, in quo iudicio resulter relatio conformitatis cum cursu, si est a parte rei, vel diffinitivitas, si non est: eadem enim entitas actus utramque relationem potest fundare, sicut partes albus potens esse similitudinem ad aliam partem, si erit albus, vel dissimilitudinem, si erit niger.

Conf. entitas cognitionis non pendet ab obiecto ut in se, sed ut relectur in specie, quia ipsum exprimit, quomodo representatur a specie, veritas dependet ab obiecto, ut in se, non ut in specie, ergo licet potest esse invariantio representationis obiecti in specie cum variatione obiecti in se, poterit quoque hanc invariantio substantie actus, cum variatione veritatis. Neque dicas, cognitionem essentialiter esse representationem, & similitudinem obiecti in se. Hoc impugnat, quo ratiō similitudinis in his propositionibus non sit esse veritas altera falsi, secundum diversas coexistentias ad illas partes, ad variationem quarum actus quod ad entitatem non variatur, quia implicite illas coexistentias.

17 Tertia responsio valde reddit probabilem opin. oppositam; impugnat tamen, ponimus casum, quo intellectus perleveret in illo actu affirmationis cursus de Petro per horam nunquam determinatam, & explicite descendendo ad partes illius horae, sed solum confuse, & implicite illas coexistentias, & quod Petrus in ultima quarta parte horae non currat, in ceteris currat, tunc si responsio valeat, coningeretur propositionem illam explicare obiectum, ut in se est, & tamen esse falsam, quod implicat, quia simul esset coniformis obiecto, nam explicat illud scilicet est, & dissimilis, quia elicit falsam; Sequela prob. quia si regula illa copulativa propositionis hic valeret, iam elicit falsam, totaliter, & absolute illa propositio per non existentiam cursus in ultima parte, & per consequens etiam in principio horae esset falsa, ut etiam ipsi concedunt, & tamen in primis tribus partibus propositio esset obiecto conformis, quod est esse verum, ergo simul esset vera, & falsa. Neque dicas, propositionem illam explicari debere in sensu dissimulato; Quia quando intellectus enunciat cursum de Petro, absolute illum affirmat implicite significando tempus coexistentis illi affirmationi propter motum, quod habet ad illud iudicandum, non conditionate, & quasi dubitative, ergo propositio illa nequit aequivalere dissimulati propositioni.

18 Verum quia ex hoc pendet veritas, vel falsitas nostrae, aut oppositae lentitiae, exactius examinandum est, quapropter advertendum quod ad hoc ut aliqua propositio de presenti sit vera, requiritur, ut eo tempore, in quo formatur, praedicatum, quod affirmatur in ea, vel negatur de subiecto, actu a parte rei conveniat, vel non conveniat subiecto, aliter non esset conformis obiecto in se, ex quo fit, quod quando in propositione sumitur terminus aliquis communio permanentis significans, recte sub illo potest fieri descensus, vel copulatus, si supponit collectivae, vel copulativae, si supponit distributive, vel dissimulatus, aut dissimulatus, si determinatus, aut confusus supponit, quia cum inferiora simul sint, potest propositio de illis verificari vel conjunctim, vel dissimulato, quia potest ipsis convenire praedicatum, & in hoc sensu optime significantur regulae ille de veritate propositionis copulativae, vel dissimulativae. At quantum tempus est quod ad totum successivum habens partes non simul, sed successivas, si significatur confusus, & in illa propositione ut cum dicitur, Petrus currit, non potest fieri descensus dissimulatus dicendo, vel in hac, vel in illa parte temporis currit, cum quia sic supponeret determinatam; tum quia propositio proprie convenit termino communi in ordine ad sua inferiora, non in ordine ad ea, quae sunt concomitantia, si habent, quale est tempus respectu verbi; tum quia tempus significatur vagum, & indeterminatum in illa propositione, potius ut copulativam quodam significatur, quam ut quodam discreta, & divisiuum neque proprie illa propositio potest explicari per unam hypotheticam copulativam, ita ut omnes categoricae tunc verificarentur simul, ut hic, cum dicitur, omnia homo currit (nam vult dicere, ergo Petrus currit, Paulus currit, &c. quae omnes simul sunt vera) ratio est, quia partes temporis non sunt simul, sed successivae adeoque accueque illae categoricae simul verificantur, sed necessaria una in dependente ab alia, & post aliam, sicut partes temporis sibi invicem succedunt existente actu intellectu a firmamento cursum de Petro, unde debet quasi explicari per plures categoricas abliq; aliqua conjunctione, vel si conjungantur per copulam, & non conjungantur, ut simul omnes verae, sed successivae. Ex quo liquet, quod ad veritatem copulativae primi generis requiritur, ut omnes sint verae, quia praedicatum enunciat, ut omnibus simul conveniens; ad veritatem copulativae secundi generis, quia una cate-

aliqua parte non currit, quia ad falsitatem totalem copulativae sufficit, ut una sola categorica sit falsa; si secundo modo explicetur, erit quoque, vel absolute falsa, si punquam currit, vel absolute vera, si in aliqua parte currat, quamvis in aliis non currat, quia ad totalem veritatem dissimulativae sufficit veritas unius categoricae.

16 Sed prima responsio non juvat, nam ut diximus, substantia actus solum pendet ab obiecto, non ut in se, sed ut representatur in specie, & per apprehensionem, species autem non representat obiectum cum circumstantia temporis, ut optime notat Amicus, sed ut in se est; aliter, inquit ipse, phantasia semper verè representaret obiectum, etiam in somniis, quia representaret eum omnibus circumstantiis, & eadem reali temporis differentia, quae habet a parte rei, quod est falsum, igitur si non mutatur obiectum formale actus, scilicet motum inducens intellectum ad illud iudicandum ferendum, a quo essentialiter pendet, parum refert temporis variatio; nec exemplum de actu confignificante certam partem temporis valet, quia ad illud ipse, & ab obiecto representato cum tali differentia, & ideo ad variationem illius legitur actus variatio, non ita se habet actus abstractus a determinata temporis differentia, de quo nunc loquimur.

Secunda responsio est falsa, nam in productione illius propositionis intellectus explicitè attendit solum ad inherenteriam praedicati cum subiecto, non cogitando actu de differentia temporis, attendit quia tempus datur intelligi tanquam connotatum a verbo, & per consequens confuse, vage, & indeterminatè, nam partes ille connotantur ab intellectu, & quia latitudinem habet multarum partium sibi invicem successivam, poterit in una parte propositio esse vera in altera falsa, secundum diversas coexistentias ad illas partes, ad variationem quarum actus quod ad entitatem non variatur, quia implicite illas coexistentias.

17 Tertia responsio valde reddit probabilem opin. oppositam; impugnat tamen, ponimus casum, quo intellectus perleveret in illo actu affirmacionis cursus de Petro per horam nunquam determinatam, & explicite descendendo ad partes illius horae, sed solum confuse, & implicite illas coexistentias, & quod Petrus in ultima quarta parte horae non currat, in ceteris currat, tunc si responsio valeat, coningeretur propositionem illam explicare obiectum, ut in se est, & tamen esse falsam, quod implicat, quia simul esset coniformis obiecto, nam explicat illud scilicet est, & dissimilis, quia elicit falsam; Sequela prob. quia si regula illa copulativa propositionis hic valeret, iam elicit falsam, totaliter, & absolute illa propositio per non existentiam cursus in ultima parte, & per consequens etiam in principio horae esset falsa, ut etiam ipsi concedunt, & tamen in primis tribus partibus propositio esset obiecto conformis, quod est esse verum, ergo simul esset vera, & falsa. Neque dicas, propositionem illam explicari debere in sensu dissimulato; Quia quando intellectus enunciat cursum de Petro, absolute illum affirmat implicite significando tempus coexistentis illi affirmationi propter motum, quod habet ad illud iudicandum, non conditionate, & quasi dubitative, ergo propositio illa nequit aequivalere dissimulati propositioni.

18 Verum quia ex hoc pendet veritas, vel falsitas nostrae, aut oppositae lentitiae, exactius examinandum est, quapropter advertendum quod ad hoc ut aliqua propositio de presenti sit vera, requiritur, ut eo tempore, in quo formatur, praedicatum, quod affirmatur in ea, vel negatur de subiecto, actu a parte rei conveniat, vel non conveniat subiecto, aliter non esset conformis obiecto in se, ex quo fit, quod quando in propositione sumitur terminus aliquis communio permanentis significans, recte sub illo potest fieri descensus, vel copulatus, si supponit collectivae, vel copulativae, si supponit distributive, vel dissimulatus, aut dissimulatus, si determinatus, aut confusus supponit, quia cum inferiora simul sint, potest propositio de illis verificari vel conjunctim, vel dissimulato, quia potest ipsis convenire praedicatum, & in hoc sensu optime significantur regulae ille de veritate propositionis copulativae, vel dissimulativae. At quantum tempus est quod ad totum successivum habens partes non simul, sed successivas, si significatur confusus, & in illa propositione ut cum dicitur, Petrus currit, non potest fieri descensus dissimulatus dicendo, vel in hac, vel in illa parte temporis currit, cum quia sic supponeret determinatam; tum quia propositio proprie convenit termino communi in ordine ad sua inferiora, non in ordine ad ea, quae sunt concomitantia, si habent, quale est tempus respectu verbi; tum quia tempus significatur vagum, & indeterminatum in illa propositione, potius ut copulativam quodam significatur, quam ut quodam discreta, & divisiuum neque proprie illa propositio potest explicari per unam hypotheticam copulativam, ita ut omnes categoricae tunc verificarentur simul, ut hic, cum dicitur, omnia homo currit (nam vult dicere, ergo Petrus currit, Paulus currit, &c. quae omnes simul sunt vera) ratio est, quia partes temporis non sunt simul, sed successivae adeoque accueque illae categoricae simul verificantur, sed necessaria una in dependente ab alia, & post aliam, sicut partes temporis sibi invicem succedunt existente actu intellectu a firmamento cursum de Petro, unde debet quasi explicari per plures categoricas abliq; aliqua conjunctione, vel si conjungantur per copulam, & non conjungantur, ut simul omnes verae, sed successivae. Ex quo liquet, quod ad veritatem copulativae primi generis requiritur, ut omnes sint verae, quia praedicatum enunciat, ut omnibus simul conveniens; ad veritatem copulativae secundi generis, quia una cate-

thegoricae verificatur post aliam, non valet talis regula, aliter esset propositio simul vera, & falsa, ut arguimus.

19 Quando vero in propositione explicitè tempus exprimitur, ut Petrus hoc hora dispat, tunc tempus habet ut totum quoddam de terminatum, & obiectivè falsum simul acceptum, & sic optime fit descensus copulatus, ita ut ad unius partem falsitatem tota propositio reddatur falsa, neque poterit una simul esse vera, & falsa; quod discrimen est valde ponderandum in hac re, nam in illa propositione Petrus currit intellectus non advertit explicitè partes temporis, sed solum confignificat ut secundum coexistentiam illam successivam, quam dicitur ad propositionem in intellectu permanentem, & consequenter una post aliam confignificatur, & independentè ab altera, quapropter si cursus exisset in una parte parte temporis, non in alia quae non variatur quoad entitatem propter illam temporis variationem, ut diximus, at in illa propositione, Petrus tota hora dispat, intellectus explicitè advertit ad omnes horas partes, illaque simul in unum colligit, simulatè obiectivae, & sic tenente ex parte cognitionis, non reali, & praedicatum confertur subiecto, ut in haerentia ipsius coexistit omnibus illis horae partibus simul acceptis; unde in omnibus simul debet verificari de subiecto, aliter propositio tota erit falsa.

Solvuntur Objectiones.

20 Contra praedicta arg. primo ostendendo omnem propositionem esse vel absolute veram, vel absolute falsam; Tum quia haec propositio, Petrus currit, cum sit in materia contingenti, aequivalat particulari, & facit hunc sensum Petrus currit aliquo tempore, ergo vel significat certum tempus, & sic absolute vel est vera, vel tota falsa, vel significat tempus indeterminatum; & sic etiam erit absolute vera, si in aliqua parte currit, & si in aliis non currat, sicut illa, aliquis homo currit, est tota vera, si vel unus tantum currat, vel erit tota falsa, si in nulla parte currit. Tum 2. quia illa propositio necessario confignificat tempus praesens, dum profertur, non aliud, sed tale tempus est determinatum, in quo necessario Petrus vel currit, vel non currit; ergo illa propositio est absolute vera, & aut falsa; maior probatur, quia moxius intellectus est species praesentis obiectum accepta ex coniecturis, quae representat obiectum pro tempore praesenti, in quo est, sicut coniectura movet pro praesenti tempore, non pro futuro. Tum 3. quia neque actus de novo representare novum tempus sine sui mutatione, ergo nequit representare obiectum pro tempore subsequenti. Antecedente patet, quia propositio representat cum tempore, quatenus representat aliqui in illo fieri, sicut non potest cognosci aliquid fieri in gymasio, quod cognoscatur in gymasio ipsum, & si abstracta à tempore, nequit esse successivae vera, & falsa, sed vel tota vera, vel tota falsa, nam illa successivae partes temporis a quibus ponitur abstractae. Tum tandem, quia tam determinatè concipiuntur tempus praesens, cui propositio coexistit, quam obiecta, de quibus est propositio; cum enim dicimus Petrus currit, non concipimus solum Petrum, & cursum, sed etiam cursum praesentem, non praeteritum, aut futurum, ergo illa propositio necessario confignificat tempus praesens, & per consequens determinatum; ita arguit Hurrad. cit.

21 Resp. ad 1. ex dictis in probat. concl. concedendo Propositionem illam aequivalere particulari, non enim est sensus, quod omni tempore currat, sed in aliquo tempore indeterminatum, in quo permanent illa propositio, non quidem illud ut totum simul confignificando, sed in successivè secundum coexistentiam, quam dicit ad illam propositionem, quia ratione negatur sufficere ad veritatem, quod in aliquo tantum parte verificetur; nec est eodem ratio de illa propositione, aliquis homo currit, & de illa Petrus currit, ut diximus. Ad 2. dissimulatus ma. confignificat tempus praesens explicitè, & distinctè negamus implicite, & confusè, concedimus, quatenus permanentibus illdem coniecturis, permanent idem iudicium, cui tempus secundum diversas partes coexistit successivè; nec est necesse, ut species representent obiectum distinctè cum omni circumstantia, sed potius datur tempus intelligi ex significato verbi, quare negatur mi. quod tempus illud ut quod determinatum, & distinctum representetur. Ad 3. verum est assumptum, si tempus illud explicitè representaretur secundum omnes partes, ut patet in exemplo de gymasio, quod non evenit in actu abstractivo, qui implicite concernit tempus non attendendo ad partes ipsius prioris, & posterioris, quod ut confunderet partes illas, & confusè confignificaret, potest: haec doctrina exemplo confirmari, nam non minus coexistentia ad tempus est circumstantia obiecti, quam praesentia localis, & actionis verbum non solum concernit tempus, sed etiam locum, unde dicitur, ignis comburit, est sensus, quod in aliquo tempore, & in aliquo loco comburit; & tamen si ignis comburendo mutaret locum, non mutaretur ad huc propositio, sicut mutaretur, si diceretur, ignis in loco comburit, non alia ratio, nisi quia in prima confusè, & vage connotat locum, in secunda distinctè explicitè, & determinatè, in prima locus pertinet ad obiectum materiale, in secunda pertinet ad obiectum formale ita de tempore dicendum. Ad 4. negatur assumptum, & ratio liquet ex dictis.

22 Secundo ex eodem arg. ubi variatur obiectum, variatur etiam cognitio, tam intuitiva, quam abstractiva attingens tale obiectum, abstractivè; & Petrus definit curruere, iam variatur obiectum cognitionis, ergo, &c. Tum 3. quia illa illa cognitio Petrus currit, essentialiter

habet representare cursum Petri, non ut sic, sed ut verum, & reale, ergo ut existentem, ergo non existentem cursum, non erit ille actus, qui per suam essentiam habet intellectui exprimere inexistenti tiam cursum in Petro. Tum 3. quia omnis propositio affirmativa cursum Petri respicit illum ex suppositione, quod fit, quo supposito necessario illi, quia omne, quod est, quando est, necesse est esse existentem. Tum 4. non minus dependet actus ab obiecto in se, in ratione veri, quam in ratione representationis, sed ut sic necessario representatum non possit non representare, ergo necessario est verus, ut nequeat esse falsus. Tandem haec propositio Christus est in hostia, est contingens de praesenti confignificans tempus confusè, & potest permanere usque, ad corruptionem specierum hostiae, quo tempore definit Christus esse in hostia; tunc sic, si illa propositio ad defitionem specierum, & praesentiae corporis Christi adhuc permaneret, & evaderet falsa, sequeretur fidem supernaturalem posse concurrere ad actum falsum, quod implicat, sequela prob. quia prius actus ille, quo fidelis affirmabat Christi praesentiam in hostia, erat supernaturalis ob concursum habitus fidei infusae, & verus, quia exprimebat rem, sicuti erat a parte rei, ergo si post defitionem praesentiae Christi adhuc idem permanet, & evadit falsus, fides infusa concurreret ad illum actum falsum, ergo dicendum actum, etiam quod substantiam definire ad defitionem obiecti a parte rei, quod etiam affirmari debet de qualibet alia propositione contingenti.

23 Resp. cursum Petri dupliciter posse considerari ex Scot. 3. d. 25. q. 1. H. vel secundum suam essentiam, quomodo abstractit ab existentia, & dicitur ens reale nominativè, vel secundum existentiam exercitiam a parte rei, & dicitur ens verbaliter, vel existentiam modo cursum non est obiectum cognitionis abstractivae, nec motivum, nec terminativum, quatenus cognitio est, & ut dicit relationem attingentiae, & representationis ad obiectum, etiam si actu existat, ut docet Doctor quolib. 13. art. 2. quia cognitio abstractiva praesentiae ab existentia, sed solum primo modo, at si consideretur cognitio ut vera, & sub relatione conformitatis, respicit cursum ut existentem; tunc ad arg. dicimus majorem valere de obiecto formali, non de materiali, ut monet Doct. in 1. d. r. q. 2. modo cursum ut existentem est obiectum materiale cognitionis, ut cognitio est, formale, si ut vera spectetur, ideo ad ipsius variationem variatur cognitio ut vera, non ut cognitio quoad substantiam, sic enim dependet ab obiecto, ut in specie, non ut in se. Ad 2. actus ille representare debet cursum ut verum ens reale nominativè, non verbaliter, & existentiam cursum de Petro affirmat in esse obiectivo, non exercitiam, & a parte rei ut optime notat Amic. & Arria. cit. Ad 3. neq. maior si de existentia ut exercitiam intelligatur, conceditur, si de existentia apprehensa, quod fit a parte rei, sive postea detur, sive non; ut patet in qualibet propositione falsa, sed concepta, ut vera. Ad 4. etiam neq. maior ex sepe dictis. Ad 5. supposita essentiali differentia actus supernaturalis a naturali, de quo alias, dicimus fidem infusam inleinare ad istam propositionem in universalis, Christus est in omni hostia verè consecrata, non vero ad propositionem de aliqua hostia in particulari, quia hoc pendet solum a fide humana, & naturali, potest enim et subesse falsum, si scilicet Sacerdos non sit verus Sacerdos, aut non habuerit intentionem consecrandi, quare cum illa propositio si circa hostiam in particulari, potest esse vera, & falsa.

24 Dices, saltem illam universalem posse falsam reddi, si omnes hostiae in mundo deficerent. Tum quia si iudex ens Christi nativum elicit hunc actum dicendo Christus nascetur, & ipsum connotasset usque ad Christi nativitatem, si esset omnino idem ante, & post nativitatem, iam de vero fieret falsus, & prius erat actus fidei supernaturalis si diversus ergo ex mutatione obiecti secundum se variatur actus quoad entitatem, ut supra arguebatur. Resp. sensum illius propositionis esse, quod Christus sit in omni hostia verè consecrata, quare praesupponit conditionatè existentiam alicuius hostiae in mundo, ad hoc ut actus supernaturalis fidei infusae dicatur, cui scilicet, nequit subesse falsum, quare si nulla daretur hostia, adhuc propositio esset vera. Ad 2. Recentiores negant propositionem de praeterito distingui essentialiter ab illa de futuro, si sunt de eisdem extremis, & ajunt esse eandem secundum diversas locum extrinsecas denominationes temporum, quam opinionem refert Doctor in 3. d. 25. q. 1. H. ubi oppositum verius esse docet, eo quia quod modo est de praeterito, est necessaria, quae prius erat de futuro, erat contingens: illa de praeterito prius fuisset falsa, modo est vera, haec de futuro modo est falsa, tunc erat vera, quare dicendum quod propositio illa Christus nascetur, ut a fide proveniret, debebat inspicere tempus nativitatis Domini a Deo praestitutum, ut abstracta a respectibus ad partes temporis praeteritas, & futuras, quia iustitiam respectus non includitur in tempore nativitatis Domini, quo sensu admittit Doctor cit. propositionem de praeterito non differre a propositione de futuro, quando est de istem extremis, & consequenter illa propositio Christus nascetur, hoc modo intellecta erit semper vera, etiam post nativitatem Dominicam, quia sensu enunciat coexistentiam nativitatis Christi, & temporis a Deo determinati cui accidit respectus praeteriti, & futuri, qui conveniunt illi, non in se considerato, sed ut ordinem dicit ad partes temporaneas praecedentes, & subsequentes.

Denique Ovid. loc. cit. n. 6. assert rationem, quam inquit esse magni ponderis, ad hoc ut propositio in hoc instanti sit vera, debet supponi illius obiectum, non solum in hoc instanti, sed etiam in omni tempore importato per copulam, eo modo quo per copulam

importatur, sed eo ipso, quod in hoc instanti supponitur obiectum propositionis existens in omni tempore importato per copulam, implicat postea in aliquo tempore importato per copulam non existere, ergo implicat postea propositionem fieri falsam, major probatur, ad hoc, ut hoc propositio *Petrus semper currit*, in hoc instanti sit vera, non sufficit *Petrus currit* in hoc instanti, sed debet in omni instanti currit, & ratio a priori est, quia veritas consistit in conformacione actus cum toto obiecto significato, ergo ad hoc ut propositio sit vera in hoc instanti, debet in hoc instanti conformari cum toto obiecto significato, ergo si obiectum significatum dicitur duracionem non solum presentem, sed praeteritam, & futuram, debet propositio conformari cum obiecto, quatenus dicitur duracionem non solum presentem, sed etiam praeteritam, & futuram, minor est per se nota, quia implicat supponi in hoc instanti obiectum futurum in instanti venturo, & postea in illo non existere.

Resp. maiorem veritatem praeteritam, quando propositio contingens de praesenti significat certam temporis partem, tunc enim supponi debet obiectum eius existens pro quocumque illius temporis parte, si enim in una deficeret, tota propositio falsa esset: & hoc solum indicat probatio illius maioris, nam illa propositio, *Petrus semper currit*, determinat significat per omnes, & singulas temporis partes *Petrus currit* adest ut si in aliqua parte non curreret, tota propositio esset falsa, nam hec habet ut propositio copulativa copulans omnes, & singulas temporis partes cum cursu Petri, & ad falsitatem copulativae sufficit, ut una pars sit falsa; at quando propositio contingens de praesenti non significat certam, & determinatam temporis partem, sed indeterminatam, & insulam, de qua sola hic est quaestio, tunc si illud obiectum supponi debere existens pro quocumque temporis differentia per copulam in eo instanti importata, quia in eo actu intellectus explicite attendit solum iherentiam praedicatam cum subiecto non existendo actu de aliqua temporis differentia, quia tamen tempus connotatur a verbo, sic etiam implicite significatur tempus partes ex vi copulae, non tamen determinat, sed confusae, indeterminatae, & vagae, & ideo ex vi copulae non necessario supponitur obiectum existens in quocumque temporis parte determinatam, sed in quocumque indeterminatam, cum quo fiat, ut in aliqua illius temporis parte possit obiectum deficere, & propositio falsificari. Possit etiam concedi major, cum non absolute assumat, ut propositio in hoc instanti sit vera, debere supponi illius obiectum pro omni tempore importato per copulam, sed ad hoc modo, quod per copulam importatur partes temporis determinatam etiam in singulis determinatam supponi debet obiectum propositionis, si vero indeterminatam, & confusam eodem modo quo obiectum supponi debet in illis existens, sed tunc, cum in minori inferatur, eo ipso quod in hoc instanti supponitur obiectum propositionis existens in omni tempore importato per copulam, implicat postea in aliquo tempore importato per copulam non existere, hoc verum est de omni tempore importato per copulam determinatam, non autem si solum importetur indeterminatam, & confusam, ut est in propositio; alias quodam ratione adducit Ovvid. loc. c. sed coincidunt cum adductis ex Hurr. & Arrig. Urget etiam contra hanc conclusionem rationes, quibus probari solet veritatem esse essentiali actus de quo a seq.

ARTICULUS III.

Quid formaliter sit veritas cognitiois.

¶ Damvis apud Antiquos hae difficultas non fuerit magni momenti, Recentiores tamen licet textum immortales; nam Hurr. disp. 9. de An. sect. 2. aserit veritatem ex natura rei, & formaliter esse eandem cum entitate actus, licet non de primo conceptu ipsius, sed de secundo, quia est attributum actus, cum pendeat ab affirmatione, vel negatione, & obiecto, haec enim causalitas est vera, ideo actus est verus, quia affirmat, vel negat obiectum, non est contra; ab hac opinione parum distat Bann. p. q. 16. art. 3. Smilinch. tract. 3. de Deo uno disp. 1. nu. 31. & Cavellus disp. 3. de An. sect. 2. ajunt enim veritatem dicere entitatem actus, quamvis a nobis explicetur per relationem, vel rationis, ut Ban. vel transcendentalis, ut Cavell. & Smilinch. quod etiam docet Averis q. 3. Log. sect. 5. adens etiam connotationem obiecti, quod opinio fuit Ocham 1. Perher. c. 1. Insistentis veritatem dicere connotationem actus, non ut sic, sed ut connotat obiectum, cui conformatur, & sequitur Suar. disp. 3. Met. sect. 2. Morif. disp. 10. Log. qu. 8. quam obiecti connotationem respicit Hurr. Arrig. verum quia est hocis acerrimus contra relationes, & connotata, docet disp. 14. Log. sect. 1. veritatem formaliter dicere denominationem partim intrinsicam propositioni mentali, seu cognitioni, partim extrinsecam, & intrinsecam, ut dicit propositioem y. g. affirmantem cursum Petri, extrinsecam, ut dicit ipsum cursum Petri; illam dicit in recto, hunc in obliquo, utrumque tamen formaliter, & quidditative, eo modo, quo relationes explicat disp. 12. Log. quidem tenet Ovvid. cont. 7. de An. punct. 1.

Nec minor dissensio est inter relationum propugnatores, Durand. enim Vaf. & Blanc. ar. 1. citati asserunt, conformitatem hanc, in qua veritas consistit, solum dicit relationem rationis, non realem. Alii, quod sit relatio realis conformacionis, vel similitudinis dicunt Tatar. 1. Perher. q. 1. dub. 3. Mourif. lib. 2. Met. c. 3. q. 2. concl. 4. & probabiliter putat Cavell. cit. addit P. Faber disp. 9. de praenit. hanc relationem non semper esse cum omnibus conditionibus ad

veram relationem realem requisitis. Alii, quod sit relatio realis praecedens ab actuali, aptitudinali, & potentiali, nam in intuitiva ponunt realem actualem, & in abstractiva realem aptitudinalem, etiam quando obiectum est existens, ita Vulp. 1. d. disp. 32. art. 1. Alii, quod in relatione consistat praecedente a reali, & rationis, in aliquibus enim actibus est rationis, in quibusdam reals, ita Fland. 6. Met. q. 2. Javel. q. 1. 3. Zamel. 1. p. q. 16. art. 1. d. disp. 2. Amic. art. 2. disp. 4. q. 1. dub. 2. & innuitur a Goni. 1. de inter. c. 1. q. 5. art. 1. Tandem quidam concedunt veritatem esse relationem conformitatis ad obiectum in se, ut ad menturam quae potius est regula, & mensura obiecti, quam est contra, ita Morif. disp. cit.

26. Pro resolutione quaestio advertendum, quod aliter est speculandum de divinae cognitionis veritate, aliter de veritate creaturae cognitionis divina enim cognitio, cum perfectissima fit, & ad essentiam divinae solum ut ab obiecto moveatur divinus intellectus, cuque perfectissime adaequetur, tam in essendo, quam in representando ex Scot. 3. d. 14. q. 1. P. nec possit a creaturis moveri, ex eodem pluribus in lo. 5. praecipue 1. d. 5. H. sequitur, quod nullam realem relationem fundat ad obiecta simplicia, non enim ad essentiam, quae est realiter cum ipsa summe identificata & aequata, neq; ad creaturas, quia nulla Deo ad creaturas est realis relatio, ut diximus disp. 8. q. 5. art. 1. aliter esset in Deo formaliter aliquid non necesse esse scilicet haec relatio, non enim relatio potest habere perfectiorem esse suo termino, quapropter veritas ipsius divinae cognitionis formaliter consistit in entitate illius actus, ut monet Doctor d. 35. cit. F. & quol. 17. O. quatenus intellectus divinus media intellectu unitur, & vitaliter attingit obiectum, sicut est, & per consequens veritas est ipsi essentialis, quia est ita essentialiter talis, ut neque attingere obiectum aliter, quam fit, de quo vide Vulp. d. 32. cit. at. ult. nostra cognitio, quia est finita, limitata, & ab obiecto dependet, fundat relationem ad ipsum obiectum, vel realiter distinctam, vel realiter identificatam; quod dicimus nisi ex ipsis adverbis quos; fieri debent, nam in divina cognitione nullam ponunt relationem transcendentem ad obiectum, illam tamen admittunt in nostra cognitione, similitur in causis creatis admittunt relationes ad effectus, non tamen in Deo; accedit etiam, quod nostra cognitio non est ita essentialiter vera ex sui natura, ut dicemus, sicut cognitio divina; quapropter praeteractiva divina veritate, de creata loquimur.

27. Dicimus primo, veritatem cognitionis non dicere entitatem actus, neq; ipsum actum & obiectum, sive hoc dicat formaliter, sive ut connotatum, sed relationem, non rationis, sed realem. Conclufio est Scoti infra citandi: & prob. 1. quod veritas non dicat entitatem actus, si sic de obiecto contingenti, patet ex dictis art. praeced. ubi ostendimus eandem propositionem posse amittere veritatem, quod adhuc consist. nam si propositio contingens ex sui natura esset essentialiter veritas, vel falsa, sequeretur, quod haec propositio *Petrus currit*, non currente Petro diceret ordinem essentialem ad duo contra dicentia, quod est falsum, implicat enim, quod idem omnino pendat in esse a duobus contradictoriis oppositis; sequela prob. nam cognitio falsa de cursum Petri diceret duo, scilicet repraesentare cursum Petri, quatenus cognitio, & quatenus falsa (quod non est quod diversum, essentialiter per Hurr. ab actu cognitio est) dicit ordinem ad negationem talis cursum a parte rei; imò deberet duo contradictoria in se intentionaliter repraesentare, quia ut fit falsa, debet affirmare cursum existentem, & carentiam ipsius, nam si non repraesentaret cursum existentem, diceret verum, si non repraesentaret carentiam cursum, nullum ordinem diceret ad illam, sed solum ad cursum existentem, & per consequens non differret ab actu vero, qui talem ordinem tantum includit. Tum quia, ut arguit Arrig. Angelus intuitivo cognoscit suos actus, quod ad ultimam realitatem, aliter non esset intuitiva cognitio, quae est rei existentis, ut existens est, & sicut est, & per consequens attingit veritatem, vel falsitatem suorum actuum, quae ab Hurr. ponuntur essentialia differentia; quapropter, si eliceret hanc propositionem de futuro *Petrus damnabitur*, vel *curret*, quia haberet determinatam veritatem, vel falsitatem ex dicendis infra, quam differentiam cognoscere, iam de futuris contingentiis haberet propriis viribus certam, & infallibilem cognitionem, diceret enim si actus ille esset verus, aut falsus: negare autem Angelo hanc cognitionem, ut facit Hurr. est profus voluntarium, quia actus ille est in sua potestate totaliter, per ipsum verum in obiectum futurum, & non se habet, ut secreta cordium, quorum cognitio de lege ordinaria non debetur illi, non est in sua potestate.

28. Deinde, quod actus necessarius sit esse essentialiter verus, patet ex his, quae diximus in disp. 8. qu. 2. quod nullus transcendentalis respectus potest esse de essentia absoluti, ut veritas formaliter dicit respectum ad obiectum, ut dicemus, & admittit adverbium, ergo &c. Tum quia quod actus necessarius repraesentet rem, semper verum, quasi per accidens, ac secundario convenit illi de sua enim formalis ratione habet repraesentare, quod homo fit v.g. risibilis, sed quod verum semper repraesentet, provenit ex immutabilitate obiecti, nam si per impossibile, ut notat A. Mies, obiectum mutaretur, actus adhuc repraesentaret hominem risibilem. Tandem quia si actus esset essentialiter veritas, non posset propriè dici verus, sicut albedo non dicitur alba, nec calor calidus.

Secundo, quod non dicat actum in recto, & obiectum in obliquo, sive ut connotatum, sive ut partem constitutivam, prob. idem rationibus, quibus disp. cit. ostendimus dari a parte rei relationem

reales a fundamentis distinctas, & praecipue contra Suarez urgent admitterentem illas relationes, at si hoc opinio esset vera, sanè nullam profus habere possent rationem ad ostendendum relationes similitudinis, aequalitatis, &c. esse reales, ut notat Averis, quia postea ad veritatem diceret, esse tantum denominationes reales ex coarctata extremorum ad invicem relationes, & essentiam veritatis, quae per se una est, esse unam, & rationis constitutum, si obiectum esset aliquod ens rationis, item quod datur actus entitas aliquas abique omnibus partibus compositis in actu talem entitatem, ut in illa *Amichristus erit*, datur veritas actu abiq; obiecto in actu, quod ab ipso non est, ut pars constituit veritatem, licet in obliquo.

29. Tertio, quod dicit relationem, est Scot. quol. 13. art. 2. & 1. d. 3. q. 4. art. 2. & in d. 8. q. 2. V. & locis in art. cit. & patet, quia veritas formaliter est conformitas cum re, ut ait Arist. c. de subl. ab eo, quod res est, vel non est, ratio dicitur vera, vel falsa; & etiam quia cognitio comparatur ad rem, ut signum naturale, veritas autem signi consistit in conformitate ejus ad signatum, ut exprimit illud quod est, sed conformitas est quaedam intentionalis similitudo, & imago, ergo est quaedam relatio. Respondet Smilinch. actum sua entitate dici imaginem obiecti, sicut sua entitate est repraesentativus obiecti, consequitur autem respectus transcendentis, per quem explicatur conformitas, & veritas absoluta actus. Contra, nam responso non habet locum in propositionibus contingentiis formaliter, ergo neque in actibus necessariis, nam si veritas est conformitas formaliter, & haec est ab actu aliquando realiter distincta, non possit separari, sequitur, quod quando est realiter identificata cum actu, sicut evenit in necessariis, formalitas ipsius non erit actus, sed respectus, actus vero fundamentum.

Tandem quod sit realis, non rationis, patet, quia haec pendet a negotiatione intellectus, & fictione, veritas autem propositionis est independens a qualibet fictione, & comparatione intellectus; tum quia ante opus intellectus propositio vera, ut vera dicitur a falsa ut sic, tantum impertinens est; quod propositio vera formaliter dicitur dependere a fictione intellectus, & consequenter a falsitate, & qualis est illa fictio.

30. Dicimus secundo, hanc relationem conformitatis, quam praesertit veritas, non esse determinatam praedicamentalem, aut transcendentalem, neq; determinatam realem perfectam, scilicet cum omnibus requisitis conditionibus ad veram relationem realem, sed indifferenter se habere, nam in una actu est transcendentalis, in alio differentialis, in uno erit realis perfecta, in altero realis imperfecta; quae a Doct. sepius vocat relatio rationis, ut contra distinctur a reali cum omnibus conditionibus infra dictis in disp. 8. qu. 1. Conclufio quod omnes partes sequitur ex dictis, & prius explicatis ipsam, deinde quod omnes partes probabimus; exemplum apertissimum est imago materialis, in qua tria sunt, entitas absoluta scilicet colores, deinde respectus repraesentantis ad repraesentatum, ratione cuius constituitur in esse imaginis v. g. D. Petri, demum ipsi respectus conformitatis inter imaginem repraesentantem, & Petrum repraesentatum, ratione cuius illa pictura constituitur in ratione imaginis verae, & haec tria sunt inter se omnino distincta, possunt enim reperiri colores abique relatione imaginis ad D. Petrum, possunt etiam reperiri cum tali relatione imaginis, sed sine entitate ipsius repraesentantis, & tamen ipsum ad imaginem adorat, quae repraesentatur, ut erit a parte rei, &c. Pars fortiter dicendum de cognitione, quae est imago quaedam spiritalis obiecti, quod scilicet in ipsa tria reperitur, entitas nempe absoluta actus, deinde relatio repraesentantis in entitate actus, & terminata ad obiectum, quod repraesentat, per quam constituitur in esse repraesentantis, & notitiae, & vocatur a Scoto quol. 13. art. 2. relatio attingentiae, & tendentiae in obiectum ut in terminum; tandem est alius respectus conformitatis, cuius repraesentans verus ad repraesentatum sicuti est, & per illum constituitur in ratione notitiae verae, quae quandoq; est realiter identificata cum actu, quandoq; realiter distincta, quandoq; perfecta realis, quandoq; imperfecte realis, probatur singula.

31. Primo actus necessarius, qui ex sui natura semper sunt veri, habent veritatem realiter identificatam, & per consequens veritas in ipsis est relatio transcendentalis, nam ex dictis disp. 8. q. 1. haec est differentia inter relationem praedicamentalem, & transcendentalem, quia illa est relatio realiter distincta, haec realiter eadem a sumptum prob. fundamentum esse includit contradiccionem ab intrinseco ex dictis ibid. cum Scot. d. 1. q. 5. sed isti actus non conveniunt esse sine conformitate cum propriis obiectis abique contradictione ab intrinseco proveniente, quia sunt invariabiles, sicut essentiae rerum, quas representant, immutabiles sunt, ergo &c. Idem dicendum de actibus intuitivis, qui necessario dependunt ab obiectis, ut hic, & nunc existentibus, & per consequens, quamvis existentia obiecti sit variabilis, actus tamen, quia ab obiecto ut existente reduplicative dependet, necessario illud taliter repraesentat, ut non possit aliter repraesentare. Haec tamen differentia reperitur inter actus necessarios intuitivos, & abstrahivos quibus illi necessario dicunt ordinem ad obiectum existens, & actuale ut sic, quare semper ordo ille est inter extrema realia actus: illi vero necessario abstrahunt ab existentia obiecti, & quamvis obiectum sit existens, de per accidens est illis, quia illa respiciunt non ut existens, sed ut abstrahit ab existentia, quae ratione propositionis illa sunt simpliciter veritates, &

& verbum in ipsis absolvitur ab omni temporis differentia, quapropter de ratione formali conformitatis istorum actuum est, quod non sit inter extrema realia, & actu existentia; eo vel maxime, quia possunt ad non entia terminari.

32. Secundo in propositionibus contingentiis, sive de praeterito, sive de futuro, sive de praesenti determinatam, vel indeterminatam partem temporis significantibus veritas est ab ipsis realiter distincta contra Cavellum cit. est Scot. in d. 4. d. q. 2. Ubi non loquitur de relatione aptitudinali, ut falso exponit Cavellus, sed de praedicamentali, & realiter distincta, eo quod possunt illae propositiones amittere veritatem, vel falsam ab initio poterant esse falsae, ergo veritas est ab illis realiter distincta. Nec valet responso Cavell. quod actus amittit veritatem, non quia aliquid reale deperdat, sed solum formalitatem illam apti nati conformari obiecto, quae; cum ab obiecto dependeat, mutatur ad mutationem ipsius, sicut si haec vox *homo* imponeretur ad significandum bovem, non esset amplius signum aptum ad significandum hominem, & tamen nihil reale amitteret. Non valet, quia si veritas dicit quid formaliter tantum ab actu distincta, ut ipse aliter, non est ratio manebit in actu, quandoquid manet actus, & iter realiter ab illo lineae veritatis, nam licet inseparabiles non sit aequatum signum identitatis realis, separabiles tamen ut diximus disp. 1. q. 5. art. 2. est sufficiens signum distinctionis realis. Tum quia vel veritas formaliter dicit quid reale, vel nihil, non secundum, ut patet; si primam, ergo actus dependendo veritatem, amittit aliquid reale; quod comprobatur exemplo adducto de voce hominis, homo enim dicit relationem signi ad naturam humanam, quae, cum sit ad placitum, est relatio rationis, si tamen imponeretur ad significandum bovem, amitteret relationem illam rationis, cognitio vero, quia est signum naturale, ratio signi non est rationis, sed realis in ipsa, ergo quia ad mutationem obiecti deperdit rationem signi veri, amittit aliquid reale.

33. Tertio si obiectum istorum propositionum contingentium non est aliquid existens, ut sunt propositiones de praeterito, de futuro, & quae non entia respiciunt, illa relatio non erit perfecta realis, quia deficit prima conditio, quod sit inter extrema realia; si vero est aliquid existens, & positivum, quamvis actu sit abstractivus, erit tamen realis perfectè contra Vulpes disp. cit. art. 1. nu. 8. dicentem nunquam in cognitione abstractiva relationem esse realem actualem: Probatur, quia est abstractiva cognitio non potest, ut cognitio est, terminari ad rem, ut existentem, at tamen ut vera respicit obiectum, ut existens a parte rei, si est de praesenti, vel ut fit existens, si est de praeterito, vel ut aliquando existens erit, si est de futuro, quia ratione diximus in 1. p. Inf. tr. 2. veritatem propositionum de praesenti in tantum enim nunc est vera ita propositio *Amichristus erit*, quia aliquando erit verum dicere *Amichristus est*, & ideo ista modo est vera *Adam fuit*, quia quandoque fuit verum dicere *Adam est*, cum ergo istae propositiones respiciant obiectum secundum existentiam, quatenus verae, sequitur, quod quando propositio de praesenti etiam abstractiva formatur, & obiectum exiit, inter ipsa sit vera, & perfecta realis relatio, cum adfuerint omnes conditiones requisitae, nec verbum in istis propositionibus absolvetur a temporis differentia, ut est in propositionibus necessariis. Ex quibus omnibus patet, quomodo veritas non sit determinatè transcendentalis, vel praedicamentalis relatio, perfectè, vel imperfectè realis, sed indifferenter se habeat.

Diluvitur ratioes in oppositum.

34. Contra doctrinam traditam arg. primo probando, quod veritas non dicat relationem conformitatis supra actum. Tum quia cognitio non est obiecto conformis, cum cognitio sit accidens, obiectum saxe est substantia, ens rationis, & alterius speciei ab ipsa cognitione. Tum 2. cognitio entis rationis, quod sit ens fictum, est vera, & tamen non habet cum illo conformitatem, quia nequit ad illud referri ut mensuratur ad mensuram, ex Sc. quol. 13. M. & d. 1. q. 1. 8. & ratio si dicit, quia mensura, & regula est prior mensurato, ens rationis est posterior cognitione, a qua fit. Tum 3. cognitio entis rationis, & non entium nequit conformari illis, ut sunt in seipsis, cum nullum esse habeant a parte rei, nec sint res, sed in intellectu, ut veritas sumitur in ordine ad rem ut est in se, ergo in hac cognitione veritas non dicit relationem conformitatis. Tum 4. quia non solum cognitio est obiecto conformis, sed etiam obiectum est conforme cognitioni, ergo utrumque denominabitur verum. Tandem saltem cognitio practica est vera, & tamen non habet talem conformitatem ad obiectum tanquam a mensuram, quia ipsa cognitio est regula, & mensura in practico non obiectum, ut v. g. cognitio ita practica est *caste vivendum*, est regula, & causa castitatis in homine.

Resp. ad 1. ex Sc. d. 3. qu. 3. C. & quol. 13. O. conformitatem inter actum, & obiectum non esse in modo eisendi, & entitatis, sed in repraesentando, & intentionaliter, sicut imago est similis Caesari, non in essendo, sed repraesentative. Ad 2. dicimus, quod duplex est cognitio entis rationis, ut colligitur ex Sc. 2. d. 1. q. 5. B. una practica, qua primò fit, & fingitur ad modum entis, alia speculativa, & quasi reflexa, qua jam factum consideratur, secundum propriam naturam, in prima cognitione non est veritas, imò fictio, in secunda adest veritas, quia consideratur sicuti est, respectu cuius potest dici mensura, non quidem quoad perfectionem, quatenus a f-

ferit Doctrina ens rationis non esse proprie cognitionis mensuram, sed quoad veritatem diximus disp. 8. q. 10. art. 2. declarando tertium modum, quatenus potest esse terminus illius conformitatis, ut videtur docere Scotus 1. d. ult. in fine. Ad 3. quando dicimus veritatem esse conformitatem ad rem, scilicet in se, res non accipitur proprie & positive, ut a non ente distinguitur, & venit a ratu, rata, ratio, sed sicut per objectum, quod cognoscitur, qualescunque illud sit, & ut venit a reor, reus, nec per se licet esse in se, influatur semper existentia a parte rei, sed potius natura, conditio, & essentia illius, quod cognoscitur (quam habent suo modo entia rationis, & negationes, & existentia objectiva in cognitione practica. Ad 4. veritas proprie, & formaliter, de quo loquimur, non est qualibet conformitas, sed ea tantum, que est ad mensuram illius, in quo fundatur, que regula modo est objectum, ideo potest dici verum casualiter, & radicaliter, licet formaliter dicatur etiam verum veritate in essendo, non in representando. Ad 5. Resp. obiectum dupliciter considerari potest, vel secundum essentiam, & in ratione obiecti, & ut sic est mensura cognitionis practice, & causa veritatis ipsius, in tantum enim cognitio dicitur esse casta vivendum esse recta, & vera, quia callitas est obiectum eligibile, quia habet suam bonitatem preponderantem, & obiectivam, et que conformis Legi superioris, & quia proximè obiectum dicitur bonum, & eligibile in moralibus; sicut etiam idcirco in arte factis cognitio domus est vera, quia dicitur omnes conditiones, quas debet domus habere iuxta exigentiam propriæ conditionis, ut possit inservire fini, ad quem est ordinata, & non ideo domus est vera, quia sic cognoscitur: alio modo consideratur ut producibile ad extra, ut effectus, & secundum exercitium existentie; & sic obiectum dicitur mensuratum, cognitio mensura actionis, quia producit obiectum illud a parte rei, ita Suarez citat, & cum eo omnes Recentiores.

35 Secundo, quod ista conformitas sit essentialiter ipse actus, vel saltem non quid distinctum, probatur omnibus illis rationibus, quibus impugnat distinctio relationis ab extremis, ut vidimus suo loco, superius disp. 8. q. 3. art. 2. a. n. 36. imò eidem rationibus de facto utitur Orvid. contr. 7. de Anim. punct. 1. §. 1. ad id probandum, nam antequam concipitur hæc relatio conformitatis inter actum, & obiectum, in qua formaliter dicimus consistere veritatem, iudicium constituitur verum formaliter, ergo superfluit talis relatio, probatur assumptum, quia a luc in eo signo supponitur obiectum ita se habere a parte rei, ut affirmatur per iudicium, ergo necesse est ad relationem esse formaliter verum, hoc enim est actum esse formaliter verum, quando de obiecto iudicatur, sicut se habet a parte rei. Hoc eodem argumentum probari solet bonitatem moralem in actibus humanis non consistere in relatione conformitatis ipsorum ad rectam rationem, quia antecedenter ad talem relationem dicuntur actus illi elicitur iuxta rectum rationis dictam, & ideo sunt formaliter boni. Unde hæc, & similia argumenta hic non faciunt specialem difficultatem, & solvi debent, sicut quando sunt contra distinctionem relationum ab extremis, quod nimirum extrema antecedenter ad relationem dicuntur talia fundamentaliter solum, & radicaliter, non vero formaliter, quod de bonitate morali in actibus humanis omnes ferè concedunt, quare idem pariformiter in proposito de veritate dicendum, ac etiam de falsitate, ut constat arte. seq. num. 41. cum enim veritas, & falsitas actuum mentis sunt eadem similitudo, vel distinctio eorum intentionalis cum suis obiectis, debentur ista ratione ad se ipsos distingere, ut de relatione predicamentali similitudinis, & distinctio distinctis. Sed dimissis his rationibus deducis ex communibus adhuc specialibus probatur conformitatem in actu vero non dicere relationem illi superadditam, quia veritas est perfectio simpliciter, cum sit attributum Dei, relatio non est perfectio simpliciter ex Scoto quod 5. ergo veritas non erit, nisi absolute actus. Tum 2. quia si veritas esset quid distinctum ab actu, & in actu fundatum, iam posset actus intrinsecè suscipere contraria, veritatem scilicet, & falsitatem, contra Arist. c. de lib. dicentem orationem esse capax contrarium sine sui mutatione. Tum 3. vel actus secundum suam essentiam assimilatur obiecto, vel non; si primum, ergo per suam essentiam solum est similitudo vera obiecti, non per relationem superadditam; si secundum, ergo per suam essentiam est formaliter falsus, nam falsitas in non similitudine consistit, ut infra.

Tum 4. actus per suam essentiam est representatio Petri, quod sit homo, & sicut est, ergo per suam essentiam exprimit identitatem representativam intentionalem obiecti essentialiter dicit entitatem absolutam actus, ad quod consequitur relatio transcendentalis representationis ad obiectum, per quam secundum nos circumscribitur differentia essentialis actus, ergo quia saltem in propositionibus necessariis actus ex sua natura est essentialiter representativus obiecti, sicut est, veritas erit actus essentia, ad quam consequenter relatio transcendentalis conformitatis illam circumscribens.

36 Resp. ad 1. min. non esse universaliter verum, & cum Scotus quod 5. negat relationem dicere perfectionem, loquitur in divinis de relationibus originis. Vel dicimus, quod veritas est perfectio, non formaliter accepta, sed ratione fundamenti, & substantie actus, qui natus est ex se fundare talem relationem, quam nequit fundare actus falsus. Ad 2. concedimus sequentem, Arist. verò loquitur de mutatione per se immediata, non supponente aliam priorè, quomodo non mutatur oratio, nam hæc presupponit mutationem obiecti. Ad 3. dicimus actum per suam essentiam esse fundamentali-

ter assimilabilem, etiam si per impossibile non resuleret relatio, non autem formaliter, ut in simili diximus de relatione, & id sufficit, ne per essentiam dicatur falsus per idem ad 4. tum quia actus essentialiter est representativus, non tamen est essentialiter representativus verè, sed secundario, quia provenit ex imitabilitate obiecti. Ad 5. in probatione concl. arguendo contra Simplicem, assignamus rationem simpliciter, cur representatio sit quid adu intrinsecum, & explicatur per relationem transcendentalis, non verò idem de veritate dicendum.

Tertio ad idem, relatio predicamentalis fundatur in extremis habentibus illam rationem, sub qua referuntur, relatio enim patris, & filii supponit patrem, & filium in ratione generantis, & generatis, & latius supponit iam causam, & effectum in ratione cause, & effectus, ergo relatio veri simpliciter debet supponere iam ipsum adu verum, aliter non posset illum referre sub ratione veri. Tum 2. adus scientificus essentialiter differt ab actu non scientifico, sicut scientia, opinio, & error essentialiter etiam differunt, sed adus scientificus ab actu omni non nisi per veritatem est diversus, ergo veritas est illi essentialis. Tum 3. quia actus fidei supernaturalis, quamvis sit circa contingens, ut sunt actiones Dei ad extra, est intrinsecè, & essentialiter verus, ut nequeat esse falsus, unde si quis comprehenderet actum fidei de incarnatione Verbi, statim deveniret in cognitionem Verbi incarnati, quod ponitur obiectum, & hoc propter ordinem, quod dicit obiectum in representando non, ergo quia talis ordo reperitur in quocunque adu, si quis perciperet hanc veram propositionem: Petrus supra, etiam perciperet cursum petrensem, ergo etiam in his conformitas est adu essentialis.

37 Resp. ad 1. neg. antequam quia si extrema relationis supponerentur constituta in ea ratione, sub qua referi illa, effectus formalis præcederet causam formalem, & Quod præcederet Quod, & omnino superflueret relatio subsequens, nam relatio insurgit inter patrem, & filium, ut Petrus dicatur formaliter generans, & filius formaliter genitus, idem de aliis rebus dicendum, extrema ergo relationem supponuntur solum habere in re rationes fundandi, nam causa ante relationem habet potentiam activam, effectus potentiam passivam, duo alia communicant in eadem natura specifica albedinis, sic relatio veritatis non supponit adu formaliter verum, sed solum rationem mensurabilem, que est ratio fundandi relationes tertii modi. Ad 2. adus scientificus ab actu erroris differt per propriam differentiam essentialem, & que est tendentia in proprium obiectum, ut taliter representatum, per veritatem vero differt tanquam per aliquod proprium, & consequens necessario ad propriam naturam, quo sensu dicitur equum ab homine differre per similitudinem. Ad 3. resp. adu fidei supernaturalis dici necessario verum, quia fertur in obiectum sub ratione revelati a Deo, que ratio formalis est certissima; contingencia verò obiecti in se est obiectum materiale fidei, quare si quis perciperet actum representationem incarnationem Verbi, perciperet incarnationem representatam, quia est obiectum illius adus sub ratione cognitionis, sicut perciperet cursum Petri, at ut cognoscat veritatem actus, requiritur, ut ultra representationem percipiat conformitatem, vel cum obiecto ut revelato, ut in fide, vel cum obiecto a parte rei, ut in aliis actibus; non ergo est par ratio de actu fidei, & de ceteris circa contingencia.

38 Quarto ostenditur hanc relationem non esse realem. Tum quia hæc relatio est indifferens ad rem existentem, vel non existentem, ita enim verus est conceptus de rosa, cum existit, sicut cum non existit, ergo non est realis, sed rationis. Tum 2. equè verum est iudicium, quo quis iudicat hominem esse animal, ac illud, quod iudicat non esse reale, ergo nec illa, quamvis sit ad esse positivum. Tum 3. saltem in cognitione abstractiva contingenti de præsentibus, aliter Vulpes, nequit esse perfectè, & simpliciter realis, alioquin periret differentia intercedens inter notitiam abstractivam, & intuitivam, quam Scotus assignat quod 13. art. 4. quod scilicet in cognitione intuitiva relatio est actualis, in abstractiva vero non iminuit. Tum 4. relatio ex parte obiecti mensurantis non est realis, ergo neque relatio ex parte conceptus mensurati. Tum 5. Scot. multis in locis ait, verum esse idem realiter cum ente, ut videtur apud Cavellum. Tandem relatio non suscipit magis, & minus, veritas suscipit magis, & minus, datur enim unum ens magis verum, quam aliud 2. Met. 4. & 4. Met. 8.

Resp. ad 1. ex dictis in probat. concl. ostendere solum illam relationem esse rationis, ut distinguitur a relatione simpliciter, & perfectè reali, non quod sit relatio per actum collativum intellectus causati. Ad 2. per idem, vel dicimus cum Scot. 1. d. 23. G. conceptum, qui natus est fieri immediate a se sine opere intellectus negociantis duplicem esse, positivum, quo iudicamus rem esse tale negativum, quo iudicamus rem non esse tale, & utramque causari a positivum re mensurante illos conceptus, tam secundum id, quod est, quam secundum id, quod non est; quare conceptus negativus habet per terminum ens positivum. Ad 3. dicimus, Scotus ubi loquitur de relatione attingentia, quæ in abstractiva non terminatur ad rem, & existentem, non de relatione conformitatis, quia bene potest cognitio abstractiva conformari obiecto in se existente, neque hæc & illa distinguantur specificè in esse notitie veræ, sed tantum in esse notitie simpliciter. Ad 4. negatur paritas, quia relativity tertii modi non sunt mutua. Ad 5. dicimus, Scotum loqui de veritate in essendo, que est passio entis, vel de adibus intuitivis, & necessariis. Ad 6. patebit in seq. art.

ARTICULUS IV.

Quid sit falsitas cognitionis.

1. Sicut ad Metaphysicum spectat considerare veritatem rerum, quæ dicitur in essendo, ad Logicum vero aliquo modo explicare veritatem in representando, & que est cognitionis maximè complexæ, ita quia oppositum est eadem disciplina, falsitas in essendo, seu rerum (si datur) pertinet ad Metaphysicum ad Logicum tantum falsitas in representando, & illa præsertim, quæ cognitioni tantum falsitas in representando, & consistit in difformitate ad rem in se, duobus autem modis potest intelledus obiecto non conformari, vel merè negativè, ut cum totaliter illud ignorat, & hæc conformari non dicitur falsitas, sed nescientia, & ignorantia, secundò positivè, quando percipit rem aliter ac sit in se, ut si concipiat Petrum currentem, quando sedet, & dicitur error, & ignorantia positiva, ita Arist. 1. Post. 109. in præsentibus loquitur de secunda, nam loquitur de cognitione, & propositione falsa.

Quod dicitur istæ propositiones falsæ in nobis, probat Arist. 4. Met. 19. 21. & 28. contra aliquos antiquos omnes nostram cognitionem afferentes esse veram, sed quia res quælibet talis, sicut a quocunque putatur esse, quod dicitur impugnat, quia sic contradictoria essent simul vera, si ab uno unum contradictorium ab alio alterum ut verum apprehenderetur, tum quia esse rerum ponderet non explicare res, & tandem quia experimus nos aliquando non explicare res, ut sint in seipsis, unde in aliam veritatem sententiam, re melius ponderat. Datur itaq; falsitas in representando, quæ veritati in representando opponitur, fundatur, & immediatè, & primario in forma conceptus secundario, & dependenter in conceptu obiectivo, quando conceptus formalis aliter attingit rem, ac sit in se, ut de veritate diximus, & iidem rationibus ostendi poterit ibi pro subiecto veritatis adductis.

A quo tamen proveniat, quod tam sæpe in huiusmodi labamur errores, & difficultatem in assequenda veritate sentiamus, dicitur disp. Met. 4. g. art. 1. pro nunc dicimus, aliquando ortum ducere a causis extrinsecis, & occurrentibus impedimentis, scilicet ex indebita obiectorum distantia, vel ex defectu nostrorum sensuum, quibus sæpe representantur res aliter quam sint, & tandem Scot. 2. Met. 9. a. totam rationem difficultatis rededit in imperfectionem nostri intellectus, qui in cognoscendo dependet a sensu, & per species intelligit a sensibus mendacitas; unde autem oritur hæc dependentia, inquit Doctor quod 14. P. & probat ex Aug. 15. de Trin. c. 7. quæ non est naturalis, sed penalitè peccatum originale commissum a nostro primo parente.

40 De hacigitur falsitate querimus, quid formaliter dicat, & quidem ex dictis art. præc. patet, quod non dicit præcisè entitatem actus, vel actum cum obiecto, sed aliquid addere supra actum, de quo est difficultas, maximè an sit quod privativum, itaq; falsitas sit simplex carentia conformitatis, an vero addat supra actum relationem positivam difformitatis, & sit talem, adiciit, quantum sit, & quomodo distincta.

D. Th. 1. p. q. 17. art. 4. ubi Cajet. & alii Thomistæ insuper Mol. ibi disp. circa finem, Valen. to. 1. disp. 1. q. 7. pun. 3. & ex nostris Simplicem. tra. 3. de Deo uno disp. 1. nu. 38. afferunt falsitatem contrarie opponi veritati, & per consequens quid positivum formaliter dicere. Cavellus tamen disp. 2. de An. lect. 9. Pasquali. l. p. Met. disp. 77. sustinent quid negativum solum formaliter significare.

Dicendum est, falsitatem addere supra cognitionem, seu mentalem propositionem realem relationem difformitatis, & difformitatis de qua idem est dicendum quoad distinctionem, & realitatem, quod de veritate diximus. Concl. docetur a Tat. 1. Periher. q. 1. dub. 3. ubi loquitur de falsitate contingenti propositionis, & quia realiter distinguitur, & potest separari, & ab Ant. And. ibid. q. 3. ubi adducit doctrinam, imò verba formalia, quæ tradit Scotus 9. Met. super tex. 22. & 6. Met. q. 3. §. Dico ergo ad questionem, Veri. Secunda autem veritas, ubi asserit veritatis complexæ opponi privativè ignorantiam, quæ falsitas negativa etiam vocatur, & contrariè falsitatem, quando scilicet uniuertur, quæ in re non sunt unita, vel è contra, si ergo falsitas proprie dicta, de qua loquimur, contrariè per Scotum ponitur veritati, non privativè, nequit consistere in aliquo negativo positivum, sed in positivo, qualis est relatio difformitatis, & quamvis infra Veri. Respondet, ponat falsitatem in carentia veritatis formaliter, loquitur tamen ibi de falsitate opposita veritati rerum in essendo, nam hæc veritas convenit rei in ordine ad intelledum, quatenus potest se manifestare, quantum est de se, cuiusque intellectui potenti talem manifestationem agnoscere, quod convenit cuiusque, enti tanquam passio, unde cum ente convertitur, & per consequens falsitas opposita debet esse non ens, quia dicit negationem talis potentie, aliter si esset quid positivum, haberet talem potentiam, & veritatem, quod est impossibile.

41 Probatur autem Concl. hæc natura ratione; relationes primi modi fundantur super unum, & multa, ita ut ubi est unitas naturæ, ubi est relatio identitatis, ubi est unitas, & convenientia in quantitate, ubi est æqualitas, ubi est convenientia in qualitate, ubi est similitudo, & contra, ubi est multitudo naturarum in specie, ubi est relatio diversitatis, & distinctio, ubi est multitudo, & difconvenientia quantitarum, ubi est relatio inæqualitatis, & tandem quæ in qualitate difconveniunt, dicuntur dissimilia per relationem dissimilitudinis.

dinis, quæ relationes non sunt simplices negationes oppositarum, dissimilitudo enim non est præcisè carentia similitudinis, sed est relatio positiva opposita contrariæ similitudinis, quam doctrinam fuisse expulsum disp. 8. q. 10. art. 2. ergo sicut cognitio vera, quia habet quandam convenientiam cum obiecto in esse representativo relationem conformitatis ad obiectum, quæ est quædam intentionalis similitudo, sic cognitio falsa, quia habet difconvenientiam cum obiecto, nam illud non exprimit, ut est in se, fundabit relationem difformitatis positivam ad obiectum, quæ est quædam intentionalis dissimilitudo, in qua formaliter consistit falsitas. Dices talem relationem per accidens se habere ad denominationem falsi, nam si per impossibile non resuleret, adhuc cognitio per simplicem carentiam similitudinis representativæ cum obiecto, in qua consistit veritas, diceretur formaliter falsa. Contra, nam si hæc responsio valeret, idem posset de relatione diversitatis, inæqualitatis, & dissimilitudinis sustineri, & per consequens nulla esset ratio ostendens dari debere tales relationes, tum quia posset quibus oppositum sustineri, scilicet, quod falsitas sit quid positivum, veritas tamen carentia istius difformitatis, nam eo ipso, quod non adest difformitas in cognitione, & si per impossibile non resuleret relatio conformitatis, esset illa cognitio vera, quia non falsa, & universaliter omnes relationes, quibus ostenditur distinctio relationis ab extremis probant etiam distinctionem positivam falsitatis a cognitione.

42 Quod autem eodem modo sit philosophandum de illa relatione quoad realitatem, & distinctionem a propositione, ut in sum locuti de veritate, patet ex ibidem dictis, non enim hæc relatio est rationis, sed realis, quia independens ab opere intellectus, nec semper est simpliciter realis, nam licet propositio contingens de præsentibus, quando est negativa, dicat relationem actualem simpliciter realem, ut si quis currente Petro dicat Petrus non currit, hæc propositio dicit relationem realem difformitatis ad cursum Petri existentem, quem respicit, at tamen propositio in materia impossibili, quæ abstrahit ab obiecto existente, & eius copia absoluitur ab omni differentia temporis, cum sit sempiterna falsitas, ut hæc est lapsa, & illa, quæ est de præterito, & futuro, & quæ est de præsentibus, sed respicit quid negativum, cui difformatur propter affirmationem oppositi, ut non currente Petro, si dicitur Petrus currit; omnes istæ propositiones dicunt relationem realem secundum quid, cum non sit inter extrema realia. Similiter propositiones illæ, quæ nequeunt mutari in veras, vel saltem ab initio non poterant esse veræ, habent falsitatem realiter identitatem, reliquæ vero realiter distinctam.

Contra, arg. primo; si falsitas consistit in relatione difformitatis ad rem, quia non exprimitur, sicut est ergo quando intelligitur Petrus, ut animal solum, talis conceptus esset falsus, quia Petrus, non tantum est animal, sed etiam rationalis. Tum 2. sicut se habet malitia ad bonitatem, ita falsitas ad veritatem, nam sicut malum est quidam voluntatis defectus, ita falsum est quidam defectus intellectus ex 6. Eth. cap. 2. ergo sicut malitia formaliter dicit privationem bonitatis ex Scot. 2. d. 37. ita falsitas erit privatio veritatis. Tum 3. si falsitas diceret quid positivum, ergo Deo concurreret, & esset causa falsitatis in intellectu nostro, & ita posset aliquem decipere, quod repugnat summæ eius veritati, & perfectioni. Tum 4. sicut carentia potentie videndi est cæcitas, & si nullus totius humor adveniat in oculo, ita carentia conformitatis ad obiectum erit præcisè falsitas, quævis nulli possit sequari in actu. Tum 5. semper, quod alia res a Deo potest dari, que non creatur a Deo, quod implicat, prob. seq. Ista propositio Deo creat aliquid ad se non, potest esse falsa, cum sit contingens, cuius falsitas non erit a Deo, aliter illa propositio esset vera, ergo liquid esset de novo, puta positivum illius falsitatis, quod non esset a Deo.

43 Resp. ad 1. cum dicimus nunc propositionem esse falsam, quando concipitur res aliter ac sit, non est sensus de conceptu precivo, qualis est ille, Petrus est animal, nam in hoc adest conformitas inter partialis cum obiecto, sed vel de diviso, qui quis conciperet Petrum esse solum animal, vel de positivo erroneo, ut homo est lapis, & universaliter quando rei tribuitur, quod non habet a parte rei, vel ab ipsa removetur, quod habet. Ad 2. paritas valet de falsitate opposita veritati in essendo, non de opposita veritati complexæ, & quamvis in aliquibus valeat, non tamen in proposito, cum quia malitia est defectus voluntatis, qui ex sua ratione formalitè dicitur non ens, unde in omissione potest reperiri, at falsitas est deceptio, quæ dat intelligere semper adu positivum intellectus; cum quia bonitas, quæ conformitatem ad legem formaliter dicit, a parte rei est solum denominatio extrinseca in actu, & malitia est carentia talis denominationis, quæ potest accedere opere intellectus concipientis ad modum positivum relationis difformitatis ad legem, at veritas, & falsitas conveniunt intellectui a parte rei, ideoque intorquetur ex natura extremorum, quare sicut malitia sit relatio rationis positiva per intelledum falsitas erit relatio positiva præcisdum ad actu intellectus negotiati. Ad 3. aliud est dicere, Deum concurrere ad actum erroris, & ad aliam entitatem falsitatis, aliud posse nos decipere, primum est verum, quia concurret cum causis secundis tanquam universalis causa, & cum sinat illas metus suos agere, concurrat ad deceptionem illarum; secundum est falsum, quia tunc esset author, & totalis causa erroris, quod repugnat; sic etiam concurrat ad entitatem actus peccaminosi, imò ad ipsam entitatem formalem peccati in sententia Cajet. ponentis peccatum in positiva entitate non tam debet decipere de causa peccati, sed per accidens, quia preter intentionem ipsas eveniunt peccata; concurrat etiam ad monstrata.



